

to, intelligitur, quem superstitiosa antiquitas in tenebri-
 coso folio collocabat, vario ornatu indutum, eumque
 ab hominibus mortuis reuera conspici dicebat. Itaque
 propria *videndi* notio hic locum omnino habere potest,
 quae vero in scripturae phrasin: *mortem videre*, non qua-
 drat. Idem dicendum foret, si quis aliam eiusdem EV-
 RIPIDIS phrasin: θάνατον εισορᾶν, vrgere vellet, siquidem
 & ibi, vt supra § 12. iam SOLANVS erudite docuit, &
 BARNESIVS, a nobis laudatus, confirmavit, in alio
 sensu, eoque proprio, sumitur.

CAPVT II.

Quo phrascs has ebraicas esse probatur.

Σύλλαβῶν.

Ebraicis adscribendas esse phrascs
 hasce, rectius alii censuerunt, qui
 laudantur §. I. inter quos & est
VVolfius, (circa posteriorem ta-
 men phrasin mentem suam non
 satis declarans) §. II. sicuti *Dress-*
gius de phrasin *gustare mortem*. §. III.
 Praecipue vero cum laude nomi-
 natur *Schoettgenius*, cuius de *rab-*
binicis verba quaedam notatu
 digna adscribuntur §. IV. Ostendi-
 tur, phrasin

1. *Videre mortem* pro *mori* in V. T.
 Psal. 89, 49. occurrere §. V. ab
 eaque esse distinguendum, si de
 morte *aliena* vsurpatur, veluti
 Gen. XXI, 16. §. VI. De altera
2. *Gustare mortem* notatur,
 α) in Vet. Testam. totidem
 syllabis eam non legi, sed in

scriptis iudaicis §. VII. ipsisque
chaldaicis paraphrasibus §. VIII.
 Quae phrasin ab ebraicis, vel ex
 stilo N. T. ad alias orientis gen-
 tes transit, veluti

- a) *Syros*, qui ea frequentius
 vtuntur §. IX. vbi observatur,
 in syriaca lingua dictionis
 huius versionem accuratissime
 respondere rabbinicae phrasin
 §. X.
- b) *Arabes*, siquidem a *Muham-*
mede in *Corano* alicubi adhi-
 betur §. XI.
- β) Aliquod tamen phra-
 seos huius vestigium iam in
 V. T. quaeritur in loco Es.
 XXV, 8. vbi Messias dicitur
absorbuisse mortem. §. XII.

§. I.